

N.P.
S.XVII
F-84

16
A. H.
II

nicolau primitiu

cyp. 35. rly.

XVII
F-84

Decisio

S. Rotae Romanae...
coram 13^{mo} D.
Pirovano

curia metropolitana
valentina

XVII
F-84

Romane

16 H)



©Biblioteca Valenciana Nicolau Primitiu (Generalitat Valenciana)

nicolau primitiu


L. 7016
II

DECISIO
S. ROTAE ROMANAЕ
CORAM R^{mo}. D.
PIROVANO
DECANO,
INCAVS A

Valentina Praeminentiarum.

Luce 11. Martij 1641.

Ad instantiam Syndici Ciuitatis Valentiae:



Romæ, Ex Typographia R. Cam. Apostolicæ. 1641.

Superiorum permisso.



F. 401e

DEI SIO
S. ROTAE ROMANE
GORDIUS D.
PIROANO
DECANO
INCASA
Apostolus Proemium
Tunc Yvndi 1641
Ad inserviam suorum omnibus Apostolis



Rome, Ex Typographis R. O. & A. Boboliis. 1641.



Ro Præpositis tantummodo Informantibus fuit resolutum Actus, de quibus in dubio dato nō esse capitulares, cuius resolutionis effectus eo tendit, ut Præpositi in dictis actibus debeat habere locum, sessionem, & præminentiam æquales Canonicis immediate post ipsos, prout clarè disponunt litteræ Sixti V. & verbis multum prægnantibus, omnes prærogatiwas Canonicis cōpetentes Præpositis attribuunt, & eisdem decorātur, exceptis tantummodo capitularibus, vnde non immerito hodie quæritur de qualitate harum præminentiarum, quæ cum ex circūstantijs contra distinguantur, visum fuit facile reddi pro Præpositis resolutionem.

Actus enim, de quorū qualitatibus inquiritur, sunt infrascripti, Incedere ad recipiendum Candelas in die Purificationis, Cinerem in die Cinerum, Palmas in die Palmarum, Eucharistiam Feria 5. in Coena Domini, & Adorare Crucem Feria 6. Parasceue, Accipere candelas accensas ab Accolito, seu Scialano Ecclesiæ in functionibus, in quibus deferuntur, Turificatio, & Delatio pacis. Salutatio Canonici præsidentis, & aliorum Canonicorum existentium in Choro, Associare D. Archiepiscopum, & facere cum eo circulum ad Introitum Missæ, Kyrie, Gloriæ, Credo, &c. Ingredi Chorum per portam principalem, præsente D. Archiepiscopo, & ab ipso salutari, ac benedictionem accipere, Recipere Reliquiam occurrentē Processionibus, Sedere in Sedibus, quæ apponuntur in Ecclesia Sanctissimæ Conceptionis in die Processionis Sanctæ Crucis, Delatio viatici ad Præpositum infirmum, & Ritus sepeliendi defunctum; Cantare Missam, Incessus ad prædicandū in Ecclesia, Distributio Ceræ, quæ fit in Choro Sabbato Sancto ad Missam.

Qui quidem actus capitulares dici non possunt. Nam actus capitulares concernere debet guberniū, & administrationem Ecclesiæ, & vota eorū, qui sunt de Capitulo in determinatione prædictorū. Actus verò nō capitulares sunt ij, qui ut Canonicis

vo-

1949 - 5 / 104

vocē non habentibus in Capitulo cōuenir e possunt , & plures ponūtur per glōs. in Clem. viij de atat. &) qualitate . Nempe Episco pū associare , Ecclesiam defendere , delegationes suscipere , fru ctus percipere , & ibidem Abbas , Cardinalis , & Anchār. alios casus referunt , prout optare , & ratione hebdomadæ cōferre , vel no minare , quæ ratione Canoniae eisdem debentur , non tamen vti Capitulares voce m habentes exercere debent , dum in sacris non sunt constituti Cāssad. decīs. 3. de cauſ. posſes. & propr. Barbos. de Canon. & Dignit. cap. 37. & in Leodiēn. Beneficij , quæ est 168. nu mer. 2. coram Episcopo Vrgellen. & cum eadē distinctione transīt de decisō in hac cauſa facta 39. Nouembris præteriti coram bo. me. Cocino.

Conferendo igitur omnes actus , de quibus in dubio ad regu lam & distinctionem prædictam , nullus est , qui concernat re gimen , & gubernium Ecclesiæ , nec vota Capitularium deside ret , sed omnes ratione eorum Canoniae debentur , & contra distinguntur ab eadem Clem. 2. de atat. &) qualit. vt sint Cano nici , absque voce in Capitulo , & tamquam Canonici non ex cludantur à Choro , vt propterea in litteris Sixti Præpositis fuerint concessa ea omnia , quæ conueniunt Canonicis vti Ca nonicis , non autem quæ Canonicis , vti vocem habentibus in Capitulo secundum Canones tribuuntur .

Nec visum fuit intrare quaſtionem , An per obſeruantiam , quæ per testes probatur , vt tales declarentur , quia ex distin ctione prædicta eorum qualitas ſufficienter manifestatur .

Et ita , &c. 
A. M. 1949. - 5 / 104
Biblioteca Valenciana Nicolau Primitiu, Generalitat Valenciana
M. 1949. - 5 / 104

Qui diligenter agens obſeruantias dii non potuerit. Nam erga
obſeruantias oportet utrumque ep̄f. & admissim. i. e. admissim.
Hoc igitur agens certe dicitur de Cōſilio in decreto universitate
bisaginari. Agens vero in cōſilio est huiusmodi ut Cōſilio
decimus. Cōſilio Cetero, datus in Capito ſappatio ſancto



©Biblioteca Valenciana Nicolau Primitiu (Generalitat Valenciana)

